Sala 5
Gab. –
Est. 56
Tab. 7
N.º 1

Sala 5
Gab. —
Est. 56
Tab. 7
N.º 1

UNIVERSIDADE DE COIMBRA
Biblioteca Geral
1301500922

Sale

1845

PRAECEPTORIBVS . SVIS

SAPIENTISSIMIS

IN

PVBLICVM

DEVOTI . GRATI . QVE . ANIMI

TESTIMONIVM

Aos que n'alma a sciencia me plantárão,
Dedico respeitoso os fructos d'ella.

D.

ANTONIVS : AEGYPTIVS . QVARESMA . DE . CARVALHO
E . VASCONCELLOS

THESES

EX

Universa Medicina

DECERPTAE,

QUAS

PRAESIDE

CLARISSIMO AC SAPIENTISSIMO

D. D. Joanne Lopes de Moraes,

PROFESSORE P. O.,

APHORISMORUM INTERPRETE,

CAET., CAET., CAET.,

IN

GYMNASIO ACADEMIAE CONIMBRICENSIS

Integra hujus mensis Junii *die* 19

PROPUGNANDAS OFFERT

Antonius Aegyptius Quaresma de Carvalho e Vasconcellos.

b 24534158

Inaugurali Dissertationi

ex

SAPIENTISSIMI AMPLISSIMIQUE

MEDICORUM SENATUS

Decreto

ARGUMENTUM PRAEBET:

Quae diagnosis et carcinomatis natura?
Quae inde sua rationalis therapeia?

Sola est Medicina, quae opus est omnibus.

QUINT.

Ex Anatome Humana et Comparata.

I.

Placenta duplex, foetalis ac uterina.

II.

Telae cellularis structura non ubicumque eadem.

III.

Fibrosum systema non cellulare.

IV.

Tunica arteriarum propria ligamentis flavis similis.

V.

Vagi nervi, cum accessorio suo, anatomica dispositio a spinalium diversa.

VI.

Fibrillae nerveae forma haud nodosa.

VII.

Inter organica et animalia ganglia nullum verum discrimen.

VIII.

Tam perfectior est animalis organizatio, quam numerosiores fuerunt ejus metamorphoses.

IX.

Primis vitae periodis, quo perfectius animal, eo breviores metamorphoses.

Ex Physiologia, Hygieina, Arte Obstetricia, et Operationibus Chirurgicis.

I.

SAnguinis color, in pulmonibus mutatus, non modo a subtractione acidi carbonici provenit, ut L'Heritierus.

II.

Animalis calor a respiratione, et innervatione, maxime originem ducit.

III.

Ad sonos cardiacos explicandos, fibrarum contractio, et valvularum tensio ut plurimum conferunt.

IV.

Sanguis vivit.

V.

Juvenes in domu paterna, quam in collegiis, educare melius est.

VI.

Alimentationis variae usus et saluti et nutritioni hominis prodest.

VII.

Ad ciendum arte partum praematurum, colli uterini dilatatio membranarum punctioni anteponenda.

VIII.

In haemostatica Chirurgica torsio ligaturae raro praeferenda.

IX.

In vulneribus intestinorum longitudinalibus ; pro vulneris longitudine, processus Palfyn , Rheybard , et Jobert inter alios eligendi.

Ex Materia Medica et Pharmacia, Pathologia generali, et Chirurgica.

I.

HOmoeopathica Doctrina quaedam principia continet, Pharmacologiae proficua.

II.

Coffeae primaria actio stimulans.

III.

Salicis albae cortex cinchonae succedaneum optimum.

IV.

Clavus secalinus in nervosum systema agit:

V.

Et non verum emmenagogum.

VI.

In strychninae praeparatione Henryanam methodum adoptamus.

VII.

Humanarum Societatum expolitio *(civilização)* morbos non multiplicat.

VIII.

A sanguinis alterationibus contrariis eaedem solidorum physicae mutationes emergere possunt.

IX.

In fracturis apparatus per amylum communi apparatui anteponendus.

Ex Pathologia et Therapeutica Medica, Medicina Forensi, Publica Hygieina, et Hippocratica doctrina.

I.

PUerperarum febris plerumque essentialis.

II.

Tussis convulsiva *(coqueluche)* non mera inflammatio.

III.

Fluxus idiopathicos admittimus; sed illorum ordo Cullenianus corrigendus.

IV.

Gastro-enteritis et typhus non eadem.

V.

Amenorrhea sanguinis alterationum aliquoties symptoma.

VI.

Febrium, nomine essentialium, omnia symptomata a sanguinis alterationibus explicari nequeunt.

VII.

Blenorrhagiam, etsi non syphiliticam, transmitti posse admittimus.

VIII.

Epilepsia morbus encephali ; sed non ejus chronica inflammatio.

IX.

Chronica hepatitis ab hepatica congestione in praxi distinguenda.

X.

Tabes mesenterica non entero-mesenteritis.

XI.

In febribus intermittentibus curandis, si gastritis sulphatis quininae ingestui obstet, iatraleptica methodus eligenda.

XII.

Juglandis regiae folia, et eorum parata in scrofulosi morbi curatione utilia.

XIII.

Typhus icterodes *(febre amarella)* aliquoties intermittens:

XIV.

Non vero contagiosus.

XV.

Mortis per submersionem nulla signa pathognomonica.

XVI.

An ante mortem, vel postea, mortuus vulneratus fuisset, non semper statui potest.

XVII.

Praecipuus Conimbricae carcer *(Portagem)* male situs.

XVIII.

Sect. 2.ª Aphor. 6. Quicumque dolentes parte aliqua corporis, etc.

—— 4.ª —— 8. Tabidos vero, caventes ad superiores purgationes, etc.

—— — —— 25. Sanguis quidem supra, qualiscumque fuerit, etc.

—— 6.ª —— — Erysipelas ab exterioribus verti ad interiora, etc.

CONIMBRICAE: Typis Academicis. — MDCCCXLV.

PRICE
PRICE
1 23456 78900 5